Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et venite et argumentemini me
dicit dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum
quasi nix dealbabuntur
et si fuerint rubra quasi
vermiculus velut lana
alba erunt. Si volueritis
et audieritis me bona
terre comedetis dicit dominus
omnipotens. Gradualis. Beata gens cui est dominus deus eius populus quem
elegit dominus in hereditatem sibi.
Verbo domini celi firmati
sunt et spiritu oris eius omnis
virtus eorum. Sequentia sancti Iohannis
evangelium. In illo tempore preteriens
iesus vidit hominem cecum
a natiuitate. Et interro
gauerunt eum discipuli sui
dicentes. Rabbi quis peccauit hic aut parentes eius
ut cecus nasceretur. Respondit iesus
Neque hic peccauit neque
parentes eius. Sed ut manifestentur opera dei in illo
Me oportet operari opera
eius qui misit me donec
dies est. Venit nox quando
nemo potest operari. Quamdiu
sum in mundo lux sum
mundi. Hec cum dixisset
expuit in terram et fecit
luti de sputo et linuit
luto super oculos eius et dixit
ei. Vade et laua in piscina
siloe quod interpretatur missus. Abiit ergo
et lauit venit videns
igitur vicini eius et qui vide
bant eum prius quia mendicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat et
mendicabat. Alii dicebant quia
hic est. Alii autem nequaquam sed
similis eius est. Ille vero di
cebat quia ego sum. Dicebant
ergo. Quomodo aperti
sunt tibi oculi. Respondit
ille homo qui di
citur iesus luti fecit ex
sputo et unxit oculos
meos et dixit mihi
Vade ad natatoriam
siloe et laua. Et abii
et laui et vidi. Et dixe
runt ei. Ubi est ille